



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

375. De S. Thoma Cantuariensi. Consecrandæ Deo omnes injuriæ futuræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

De S. Thoma Cantuariensis. 665

Quod si quis non impetret, & post labores in somnum ducat noctem patienter, plus infinities mihi charus est, quam qui totâ nocte sanus oraret; ut gratius est, cum amicus excitatur à somno, ut cum amico colloquatur.

MEDITATIO CCCLXXV.

De S. Thoma Cantuariensi,

De consecrandis DEO injurijs etiam ignotis, etiam futuris.

Aspiciam S. Martyrem injurias Deo sacrificantem. Petam eum imitari.

Conf. 2. Nullus est tantus amicus Dei, qui qui non aliquam calumniam patiat, ut patet in B. Virg & Christo, ac sanctis viris. Et quia, ut ait D. Cyprianus lib. 1. Epist. 11. *Nemo diu tutus est periculo proximus, ideo, ne labar, injurias Deo consecrabo, juxta illud Nazianz. in Poem de Virt. Patientia molestiarum delectio, & Theophil. in Luc. 21. Patientiam emitur anima.*

Conf. 2. Verba B. Baptista Veronæ. 4. part. Chron. S. Franc. O Deus meus, si mihi revelares omnia secreta tui sanctissimi cordis, & si mihi quotidie ostenderes omnes Hierarchias Angelicas, & si quotidie mortuos suscitarem, propter hoc non crederem me à te amari amore ineffabili: sed quando sentiam me à corde benefacere mihi male facientibus.

bus.

bus, dicere bene de eo, qui de me malè loquitur, & injustè me condemnat: Tunc Pater æterne, credam per signum infallibile, quòd sim tibi verè filia.

Conf. 3. Tria esse remedia in ejusmodi oblatione. 1. In blandientes severitas. 2. Strenuitas contra negligentiam. 3. Benignitas & dulcedo animi contracentes amaritudinem.

MEDITATIO CCCLXXVI.

Infra Octav. Nativitat. Domini.

*Vivere juxta Evangelium est
Martyrium.*

Aspiciam Dominum *JESVM*, & *B. M.* Virginem exemplaria Evangelicæ vitæ. Petam eos imitari.

Conf. 1. Si quæ vis obtinet coelum, id supremus fortitudinis actus obtinebit, qui est non in aggrediendo, sed sustinendo, ad quem pertinet Martyrium. Sed vita Evangelica, seu Religio est bellum spiritualis Martyrij.

Conf. 2. Verba D. August. ser. 32 de Sanctis. *Tota vita Christiani hominis, si secundum Evangelium vivat, crux est, atque Martyrium: Quæ magis spectant ad pauperes Religiosos dicente S. Bernardo serm. 1. de Omnib. Sanctis. Quid sibi vult, quod eadem promissio est pauperibus atque Martyribus, nisi, quia verè Martyrij*